

INDEX

INSCRIPTIONES

Praemissa	p.	V
De edendi rationibus	»	VII
Notarum conspectus	»	IX
ATRIA	»	1
AGER ATRIANUS: <i>Bottrighe</i>	»	209
<i>Campelli</i>	»	241
Inscriptiones in pagis minoribus agri Atriani repertae	»	245
<i>San Cassiano</i>	»	249
<i>Le Balone</i>	»	253
<i>San Basilio di Ariano Polesine</i>	»	255

INDICES ET TABULAE

INDICES:	Indices verborum	»	265
	Index editionum priorum	»	271
	Index tabularum	»	277
	Index museorum	»	283
	Index rerum	»	297
TABULAE	»	I - LII	

PRAEMISSA

Cum multae res, his triginta proxime elapsis annis, in lucem erutae sint, Etruriae Padanae conspectus prorsus mutatus est. Nemo iam putat Etruriam Padanam a cetera Etruria quasi esse seiunctam. Affirmare licet Padanam Etruriam cum Etruria Tyrrhenica artissime esse coniunctam tum quod ad temporum ordinem attinet, tum quod attinet ad facta magni pondris et momenti. Mirum non est iisdem temporibus in regione Padana et in regione Tyrrhenica litteras esse repertas. Patet tota Italia septemptrionali litteras multo maturius repertas esse quam quisquam arbitrari potest. Patet litteras instrumentum coniungendi alteram regionem cum altera fuisse. His perpensis, omnes Etruscas inscriptiones regionis Padanae in unum corpus redigere opportunum visum est. Opus est hisce inscriptionibus opportunum in Corpore Inscriptionum Etruscarum locum facere.

Accedit quod Institutum Etruscologiae Athenaei Bononiesis postulavit ut Felsinae, Spinae, Atriae sepulcreta exacta ratione inspicerentur. Quo inito consilio, omnes inscriptiones, quae complures iam sunt, recognoscere licuit.

Quo factum est ut Instituto Etruscologiae Athenaei Bononiensis multi fasciculi conscribendi traderentur, recentioribus edendi rationibus in locum vetustiorum rationum substitutis. Ratio enim a Maximo Pallottino anno 1971 (*StEtr*, XXXIX, pp. 472-474) instituta, prorsus mutata est.

Fasciculus ad Atriam pertinens, qui nunc in publicam lucem prodit, omnia documenta recognita complectitur. Cum singularum excavationum contextus singillatim perpensi sint, singula epigraphica documenta exacta ratione inspicere licet. In urbe Atria excavationes a temporibus familiae Bocchiorum usque ad nostra tempora peractae sunt. Huic mori antiquitus tradito obsequentes eundemque morem novantes, multa nunc comperimus, tum quod attinet ad ordinem aetatum, tum quod attinet ad rem historicam, tum quod attinet ad rem sociale.

Fasciculus non modo omnes apographos, sed etiam omnes vasorum delineationes complectitur. Ex quibus delineationibus comperere possumus, quibusnam locis inscriptiones in singulis vasibus positae sint. Quo melius quam in prioribus fasciculis inscriptiones legi possint, in hunc fasciculum nonnullae mutationes inductae sunt. Praeterea in tabulis delineationes vasorum imaginibus photographice expressis iuxta positae sunt.

Hac investigatione felici exitu peracta, multo plures inscriptiones ad urbem Atriam spectantes omnibus doctis praesto nunc sunt. Adde quod multa de scribendi usu in hac urbe nunc scimus. His omnibus perpensis, adfirmare licet urbem Atriam multo arctius cum ceteris urbibus Etruriae Padanae coniunctam esse; hanc urbem suam ipsius identitatem habere, quae eandem urbem a ceteris distinguit; historiam huius urbis per certas quasdam aetates describi posse.

IOSEPHUS SASSATELLI

Omnia epigraphica documenta ad Atriam urbem pertinentia recensere coeperam, iam antequam, anno bismillesimo septimo, dissertationem pro Magistrali (ut aiunt) Laurea assequenda, Iosephi Sassatelli clarissimi viri auctoritate adiuvantibusque Elisabeth Govi et Simonettae Bonomi, palam defenderem. Postquam S. Bonomi Museum regere desiit et quamvis, labentibus annis, alia instituti rectrix aliam rectricem exciperet, institutum illud, Atrianum Museum dico, talia studia, a Bocchiis iam inde antiquitus promota nullo modo neglexit. Quo fit ut S. Bonomi, Ioannae Gambacurta, Mariae Cristinae Vallicelli, Albertae Facchi, doctissimis mulieribus grates deinceps habere debeam. Nam omnes semper siverunt me in his investigationibus diligentissime et summa cum libertate pergere. Fieri non potest quin omnibus qui Museo servando sunt addicti grates habeam. Leonardi Di Simone nomen praeterire non possum; dicere enim audeo, nisi ille me semper adiuvisset, hunc librum multo pauciora prae se laturum fuisse. Etiam Olivo Bondesan, qui plura et meliora photographice pinxit, ingentes grates habeo. Quantopere D. Baldassarra, F. Wiel Marin, C. Ascari Raccagni me adiuverint tacere nequeo. Carolina Ascari Raccagni, quae mihi legendum dedit suum librum *La ceramica attica a vernice nera della collezione Bocchi di Atria*, qui sub prelum iturus est, gratiam ago. Ut in prolegomenis Atriae urbis scripsi, de novissimis excavationibus tractare non potui. Nam res nuper erutae in tam mediocri condicione nunc versantur ut nullum earum rerum autopicum exemplar nunc dari possit. De recentissima excavatione anno bismillesimo decimo quinto peracta in via a Reformatis olim nuncupata nihil docere potui. Excavatio enim fiebat cum hic fasciculus pararetur. Satis sit dicere nonnullas Etruscas inscriptiones repertas esse.

Addendum est has investigationes in Atriano agro numquam fieri potuisse, nisi suffulciremur ab Academia Concordium Rodigensi, cuius Henrico Zerbinati praesidi gratia habenda est, et a Museo Rodigensi q.d. "*Grandi Fiumi*" nuncupatum, cui gratum animum Helenae Masiero profiteamur. Mauritius Harari, qui Athenaei Ferrariensis et Papiensis investigationes in pago *San Cassiano* praefectus est, concessit ut epigraphica documenta ex effossionibus inspicerentur. Ei et Helenae Smoquino, Alexandrae Gobbi, Mirellae Robino gratia habenda est.

Non poteo quin Museo Antiquitatum Athenaei Patavini ingentes gratias agam.

Michelae Sediari, quae Venetiis in Museo Archeologico operam dat, gratiam ago. Ea enim permisit ut vas Atriae assignatum inspiceretur quod in collectione Veneta “Molin” continetur. Etiam Museo Curiae Raetorum gratiam ago praesertim Thomae Reitmaier qui documenta de poculo praeuit quod D. Steinbauer Atriae assignaverat.

Hoc opus numquam exortum esset, nisi Iosephus Sassatelli et Elisabeth Govi me summa benevolentia essent prosecuti. Gratissimum animum eis profiteor quod me semper adiuverunt et multa me adolescentem docuerunt. Clarae Mattioli et Iuliae Morpurgo gratia habenda est quod de fictilibus operibus in regione Padana factis multa mihi tradiderunt. Marthae Natalucci, Monicae Ruscelli, Annae Serra, Matthaeo Tirtei, Carlottae Trevisanello, Federicae Timossi, Bojana Gruška velim gratias agere. Hi enim singuli graphica et epigraphica documenta suppeditaverunt.

Nisi Alexander Naso, praefectus Instituto Studiorum de Antiquis Mediterraneis Gentibus, et Henricus Benelli, Corporis Inscriptionum Etruscarum curator, mihi favissent, hoc opus numquam editum esset. Multum laboris Robertus Bellisario impendit ut opus typis excuderetur.

Latinae conversionis auctor est Iacobus Dalla Pietà qui multum laboris impendit ut sermo technicus, tum e recentioribus tum e vetustioribus auctoribus, quotiens daretur copia, erueretur.

Ioannae Cresci Marrone et Annae Marinetti gratia habenda est, quod comiter me et I. Dalla Pietà excipi iusserunt apud sedem Venetiarum Athenaei in domo Foscari. Eis et Iulio Firpo grates habeo quod me in nonnullis locis interpretandis adiuverunt.

Luciani Agostiniani et Hadriani Maggiani oblivisci non licet, qui, toto textu perlecto et adnotato, multa et utilia me docuerunt.

Iohannem Colonna praeterire non possum, qui consilia plurima dedit cum liber appareretur.

ANDREAS GAUCCI

DE EDENDI RATIONIBUS

In hunc fasciculum collectae sunt inscriptiones, quae in urbe Atria et in agro Atriano repertae sunt. Res ita distribuimus ut haec omnia, nempe Atriam (urbem et sepulcreta), *Bottrighe* (sepulcretum apud viam *Spolverin* nuncupatam), *Campelli* (sepulcreta), alios pagos minores, *San Cassiano*, *Balone*, *San Basilio*, singula separatim inspicere possemus.

Quae de edendi ratione scripta in fasciculo III, 1, pp. VII-VIII, eadem huic fasciculo aptata sunt. Quod autem attinet ad rerum distributionem, ad collectionis rationem et ad indices, res paululum mutatae sunt.

Reperta quae huc collegimus numquam ex ratione temporum divisimus. Ratio, quae ad inscriptiones disponendas adhibita est, suo loco praeter sepulcreta, in quibus ordinem numerorum crescentium sepulcrorum sequitur, explicabitur. Quod attinet ad reperta Musei domestici Bocchiorum et Musei civici collectionum, multa, quae hisce catalogis a Francisco Antonio Bocchio recensentur (cf. p. 2), hodie nusquam reperiuntur. Quamvis F.A. Bocchius, quodcumque repertum collectionibus addidisset, apographo instruxisset, tamen, ne temeritatis insimularem, nonnisi reperta, quae ipsi invenimus, exhibenda duximus, inscriptionibus exceptis, quarum apographa rettulimus.

In hunc fasciculum collegimus etiam documenta epigraphica, quae sermoni et litteris Etruscis tribui non possunt. Inscriptiones litteris Graecis Graecoque sermone insculptas nuper D. Baldassarra in catalogum rettulit, mercatoriis notis quoque additis¹. Cum tam multae inscriptiones iam in publicam lucem editae sint, in hoc opere tantum inscriptiones continentur quae ad contextum grammaticum Graecum haud omnino referri possint. Cum hanc editionem pararem, inscriptiones haud Etruscas in vasibus Atriani generis aetate Hellenistica scariphatas recensendas curavimus. Quaecumque supellex Atriani generis est, eam haud omisimus, dummodo II exeunti et I ineunti saeculo a.Ch.n. adscribi posset; constat enim ea aetate urbem Atriam Romanum aspectum prae se tulisse. Praeterea, inscriptiones haud Etruscas in vasibus incerti generis et amphoris plerumque locis nullis mutationibus umquam obnoxiiis, videlicet sepulcris, cum inscriptionibus Etruscis repertae sunt². Haud desunt inscriptiones quae profecto Latinae (nn. 20335, 20339, 20405, 20500, 20577, 20813, 20831, 20950, 20952, 21003, 21021)³ et una Umbra (n. 21031) sunt. Etiam Celticae inscriptiones Lepontiis litteris confectae recognitae sunt (nn. 20198, 20578, 20580, 20581, 20590, 20765, 20915). Addenda etiam Veneticae inscriptiones quae apud *Bottrighe* repertae sunt (nn. 20911, 21014).

In monumentorum descriptionibus “forma aperta” et “forma clausa” formulas “vas formae apertae” (ex. g. patera) et “vas formae clausae” (ex. g. olla) significant; MUNSELL codicem, qui pigmentum argillae vasorum notat, adhibuimus. Vasa saltem ex ordine formarum certae fabricae descripta sunt (vasa Attici generis vernicio nigro obducta: SPARKES - TALCOTT; vasa vernicio nigro obducta IV - I saec. a.Ch.n. tributa: MOREL; vasa ex *bucchero*, ex argilla depurgata, ex argilla non depurgata: MATTIOLI). Vasa ex argilla cinerea, quae ab aetate Archaica vergente usque ad aetatem Hellenisticam in usu in urbe Atria fuerunt, negotium studiosis facessunt. Nam investigationes de hac fabricae ratione desunt. Vasa VI-IV saec. a.Ch.n. tributa ordini formarum in Etruria padana positarum, quem Clara Mattioli statuit et Iulia Morpurgo in vasibus ex argilla cinerea addidit (MORPURGO), ascripta sunt; vasa aetati Hellenisticae tributa ordini formarum Patavii ex GAMBA - RUTA SERAFINI. Vasa autem aetati Hellenisticae tributa in urbe Atria et in agro atriano reperta, quae ex rationibus a GAMBA - RUTA SERAFINI statutis diiucari non possunt, ordini formarum a Iulia Morpurgo statuto tributa sunt.

Quo facilius inscriptiones intellegantur, hic infra descriptionis leges iteratae sunt:

- à littera minus certa, sed probabilis;
- × crux obliqua litteram quae legi nequit significat;
- ⤿ apex curvus supra litteras demonstrat eas inter se conexas esse;
- [] hi cancelli litteras restituendas complectuntur;
- () hi cancelli litteras solvendas complectuntur;
- < > hi cancelli litteras expungendas complectuntur;
- [- - -] tres lineolae cancellis quadratis clausae litterarum vacationem incertam demonstrant;
- [· · ·] puncta cancellis quadratis clausa litterarum vacationem numerum autem certum demonstrant.

In inscriptionibus Latinis exscribendis nomina hominum prima grandiore littera scripsimus. In inscriptionibus Veneticis exscribendis, descriptionem ordinariis litteris (it. *tondo*), a PELLEGRINI - PROSDOCIMI, *LV* statuta, cautione adhibita (it. *trascrizione diplomatica*); in inscriptionibus Celticis transcribendis, descriptionem ordinariis litteris (it. *tondo*) ex P. SOLINAS, *StEtr*, LX, 1994, pp. 311-408, sequimur.

In appendice critica priorum editorum lectiones, signo ¶ praemisso, referuntur quae a nostris discrepant.

¹ BALDASSARRA.

² In hac editione desunt inscriptiones haud Etruscae, maxime Latinae, in amphoris III-II saec. a.Ch.n. tributis incerti generis scariphatae ex sepulcris sine inscriptionibus Etruscis (TONIOLO, p. 103, n. 1, fig. 246; p. 110, n. 11, fig. 267; p. 141, n. 7, fig. 318). Vide etiam singulam amphoram ex sepulcro n. 27 in loco *Bottrighe* reperto (TONIOLO, p. 63, n. 15, fig. 142).

³ Inter inscriptiones deperditas adnumeranda est etiam ea Latina (*M. Aemili* aut *M. Aimil*) quae erat in patera vernicio nigro obducta atque in sepulcro cremati n. 259 apud *Canalbiano* reperta fuit. Sepulcralis supellex priori dimidio III saec. a.Ch.n. adscribenda est.

NOTARUM CONSPECTUS

AGOSTINIANI	L. AGOSTINIANI, <i>Le "iscrizioni parlanti" dell'Italia antica</i> , Firenze, 1982.
<i>AnnFaina</i>	<i>Annali della fondazione per il museo "Claudio Faina"</i> , Roma.
<i>AqNos</i>	<i>Aquileia Nostra</i> , Aquileia.
<i>ArchCI</i>	<i>Archeologia Classica</i> , Roma.
<i>Atria</i>	<i>Atria. Siti di interesse archeologico in territorio polesano</i> , Rovigo, 1989.
<i>AVen</i>	<i>Archeologia Veneta</i> , Padova.
<i>BA</i>	<i>Bollettino d'Arte del Ministero per i Beni Culturali e Ambientali</i> , Roma.
BALDASSARRA	D. BALDASSARRA, <i>Dal Saronico all'Adriatico. Iscrizioni greche su ceramica del Museo archeologico nazionale di Adria</i> , Pisa, 2013.
BONOMI - CAMERIN - TAMASSIA 2000	S. BONOMI - N. CAMERIN - K. TAMASSIA, "Aggiornamenti sulla ceramica alto-adriatica di Adria", in <i>Adriatico tra IV e III sec. a.C., Atti del Convegno, Ancora 1997</i> , Roma, 2000, pp. 47-70.
<i>BPI</i>	<i>Bollettino di Paletnologia Italiana</i> , Roma.
<i>BTCGI</i>	G. NENCI - G. VALLET (a cura di), <i>Bibliografia topografica della colonizzazione greca in Italia e nelle isole tirreniche</i> , Pisa-Roma.
BUFFA, <i>NRIE</i>	M. BUFFA, <i>Nuova raccolta di iscrizioni etrusche</i> , Firenze, 1935.
<i>CII</i>	A. FABRETTI, <i>Corpus Inscriptionum Italicarum</i> , Aug. Taurinorum, 1867.
<i>Classico Anticlassico</i>	F. BERTI - S. BONOMI - M. LANDOLFI, <i>Classico Anticlassico. Vasi alto-adriatici tra Piceno, Spina e Adria, Catalogo della Mostra, Comacchio 1996</i> , Bologna, 1996.
<i>Classico Anticlassico</i> ²	F. BERTI - S. BONOMI - M. LANDOLFI, <i>Classico Anticlassico. Vasi alto-adriatici tra Piceno, Spina e Adria, Catalogo della Mostra, Ancona 1997</i> , Bologna, 1997 ² .
COLONNA 2003	G. COLONNA, "L'Adriatico tra VIII e inizio V secolo a.C. con particolare riguardo al ruolo di Adria", in <i>L'Archeologia dell'Adriatico dalla Preistoria al Medioevo, Atti del Convegno, Ravenna 2001</i> , Bologna, 2003, pp. 146-175.
CONTON 1904	L. CONTON, <i>Le antiche necropoli di Adria, scoperte dal 16 novembre 1902 al 7 aprile 1904</i> , Adria, 1904.
CONTON 1908	L. CONTON, "Cinquanta tombe di antichi adriresi", <i>Ateneo Veneto</i> , XXXI, 2-3, 1908, pp. 41-79.
CONWAY	R.S. CONWAY, <i>The Venetic Inscriptions</i> , in <i>The Prae-Italic Dialects of Italy</i> , I. I, Cambridge, 1933, pp. 1-201.

CORDENONS	F. CORDENONS, <i>Silloge delle iscrizioni venetiche con note sugli antichi alfabeti e sistemi di scrittura usati dagli italici e dagli etruschi</i> , Feltre, 1911.
CRISTOFANI 1991	M. CRISTOFANI, "Etruschi e genti dell'Italia preromana: alcuni esempi di mobilità in età arcaica", in <i>Rapporti linguistici e culturali tra i popoli dell'Italia antica</i> , Pisa 1989, Pisa, 1991, pp. 111-128.
CVA	<i>Corpus Vasorum Antiquorum</i> .
DE SIMONE, GEE	C. DE SIMONE, <i>Die Griechischen Entlehnungen im Etruskischen</i> , I-II, Wiesbaden, 1968-1970.
DONATI - PARRINI 1999	L. DONATI - A. PARRINI, "Resti di abitazioni di età arcaica ad Adria. Gli scavi di Francesco Antonio Bocchi nel giardino pubblico", in <i>Protostoria e storia del Venetorum angulus, Atti del Convegno, Portogruaro-Quarto d'Altino-Este-Adria 1996</i> , Pisa-Roma, 1999, pp. 567-614.
FA	<i>Fasti Archaeologici: Annal Bulletin of Classical Archaeology</i> , Firenze.
GAMBA - RUTA SERAFINI	M. GAMBA - A. RUTA SERAFINI, "La ceramica grigia dallo scavo dell'area ex Pilsen a Padova", <i>AVen</i> , VII, 1984, pp. 7-80.
GAMURRINI	G.F. GAMURRINI, <i>Appendice al Corpus Inscriptionum Italicarum</i> , Firenze, 1880.
GAUCCI - POZZI 2009	A. GAUCCI - A. POZZI, "L'archeologia funeraria negli empori costieri. Le tombe con iscrizioni etrusche da Spina e Adria", in <i>Tra Etruria, Lazio e Magna Grecia: indagini sulle necropoli, Atti dell'Incontro di Studio, Fisciano 2009</i> , Paestum, 2009, pp. 51-64.
VAN HEEMS 2008	G. VAN HEEMS, "Diminutifs, sobriquets et hypocoristiques étrusques", in <i>Les prénoms de l'Italie antique, Journée d'études, Lyon 2004</i> , Pisa - Roma, 2008, pp. 69-109.
HOLDER, II	A. HOLDER, <i>Altceltischer Sprachschatz</i> , II, Leipzig, 1904.
HOLDER, III	A. HOLDER, <i>Altceltischer Sprachschatz</i> , III, Leipzig, 1908.
JOHNSTON, Trademarks	A.W. JOHNSTON, <i>Trademarks on Greek vases</i> , Wiltshire, 1979.
JOHNSTON, Addenda	A.W. JOHNSTON, <i>Trademarks on Greek vases. Addenda</i> , Oxford, 2006.
LAMBOGLIA	N. LAMBOGLIA, "Per una classificazione preliminare della ceramica campana", in <i>Atti del I Congresso internazionale di Studi liguri, Monaco-Bordighera-Genova 1950</i> , Bordighera, 1952, pp. 139-206.
Latomus	<i>Latomus: Revue d'études latines</i> , New York - London - Bruxelles.
LEJEUNE 1966	M. LEJEUNE, "Venetica", <i>Latomus</i> , XXV, 1966, pp. 7-27.
MAGGIANI 2002	A. MAGGIANI, "L'alfabeto etrusco nel Veneto", in <i>Akeo. I tempi della scrittura. Veneti antichi. Alfabeti e documenti, Catalogo della Mostra, Montebelluna-Cornuda 2001-2002</i> , Cornuda, 2002, pp. 55-63.
MAMBELLA 1986	R. MAMBELLA, "Osservazioni su alcune iscrizioni preromane di Adria", <i>AqN</i> , LVII, 1986, pp. 265-280.
MATTIOLI	C. MATTIOLI, <i>Atlante tipologico delle forme ceramiche di produzione locale in Etruria padana</i> , Bologna, 2013.
MEFRA	<i>Mélanges de l'École Française de Rome, Antiquité</i> , Rome.
MEISER, ET ²	G. MEISER (Hrsg.), <i>Etruskische Texte, Editio Minor</i> , I-II, Hamburg, 2014 ² .
MOREL	J.-P. MOREL, <i>Céramique campanienne. Les formes</i> , I-II, Rome, 1981.
MORPURGO	G. MORPURGO, "La ceramica grigia", in C. MATTIOLI, <i>Atlante tipologico delle forme ceramiche di produzione locale in Etruria padana</i> , Bologna, 2013, pp. 381-494.
MUNSELL	<i>Munsell Soil color charts</i> , New Windsor, NY, 2000.

NAVe	<i>Notizie di Archeologia del Veneto</i> , Padova.
NS	<i>Notizie degli Scavi di Antichità</i> , Roma.
PALLOTTINO, TLE	M. PALLOTTINO, <i>Testimonia Linguae Etruscae</i> , Firenze, 1954.
PALLOTTINO, TLE ²	M. PALLOTTINO, <i>Testimonia Linguae Etruscae</i> , Firenze, 1968 ² .
PATITUCCI UGGERI 1984	S. PATITUCCI UGGERI, "Classificazione preliminare della ceramica grigia di Spina", in <i>Culture figurative e materiali tra Emilia e Marche</i> , Rimini, 1984, pp. 139-169.
PELLEGRINI 1965	G.B. PELLEGRINI, "Nuove iscrizioni etrusche e venetiche di Adria", in <i>Studi in onore di Luisa Banti</i> , Roma, 1965, pp. 263-275.
PELLEGRINI - PROSDOCIMI, LV	G.B. PELLEGRINI - A.L. PROSDOCIMI, <i>La lingua venetica</i> , I. <i>Le iscrizioni</i> , Padova, 1967.
PERETTO	R. PERETTO, <i>Balone. Insediamento etrusco presso un ramo del Po</i> , Padova, 1994.
QuadAVen	<i>Quaderni di Archeologia del Veneto</i> , Padova.
RdA	<i>Rivista di Archeologia</i> , Venezia.
RIX, EC	H. RIX, <i>Das etruskische Cognomen</i> , Wiesbaden, 1963.
RIX, ET	H. RIX, <i>Etruskische Texte, Editio Minor</i> , I-II, Tübingen, 1991.
ROBINO 2016	M.T.A. ROBINO, "La necropoli del canal bianco di Adria (RO): problemi e prospettive a settant'anni dallo scavo", in <i>Digging up excavations. Processi di ricontestualizzazione di "vecchi" scavi archeologici: esperienze, problemi, prospettive</i> , Roma, 2016, pp. 91-101.
RStorAnt	<i>Rivista Storica dell'Antichità</i> , Bologna.
SASSATELLI 1991	G. SASSATELLI, "Nuovi dati epigrafici nelle iscrizioni di Marzabotto ed il ruolo delle comunità locali nella fondazione delle città", <i>ArchCl</i> , XLIII, 1991, pp. 693-715.
ScAnt	<i>Scienze dell'Antichità</i> , Roma.
SCHÖNE	R. SCHÖNE, <i>Le antichità del Museo Bocchi di Adria</i> , Roma, 1878.
SPARKES - TALCOTT	B.A. SPARKES - L. TALCOTT, <i>Black and plain pottery of the 6th, 5th and 4th centuries B.C., Athenian Agora XII</i> , I-II, Princeton, 1970.
STANCO 2009	E.A. STANCO, "La seriazione cronologica della ceramica a vernice nera etrusco-laziale nell'ambito del III secolo a.C.", in <i>Suburbium II. Il Suburbio di Roma dalla fine dell'età monarchica alla nascita del sistema delle ville (V-II sec. a.C.)</i> , Roma, 2009, pp. 157-193.
StEtr	<i>Studi Etruschi</i> , Firenze.
ThLE, I	M. PALLOTTINO - M. PANDOLFINI ANGELETTI, <i>Thesaurus Linguae Etruscae</i> , I, <i>Indice Lessicale</i> , Roma, 1978.
ThLE, I, suppl. 1	M. PANDOLFINI ANGELETTI, <i>Thesaurus Linguae Etruscae</i> , I, <i>Indice Lessicale. Primo supplemento</i> , Roma, 1984.
ThLE, I, suppl. 3	M. PANDOLFINI ANGELETTI, <i>Thesaurus Linguae Etruscae</i> , I, <i>Indice Lessicale. Terzo supplemento</i> , Roma, 1998.
ThLE, I ²	E. BENELLI, <i>Thesaurus Linguae Etruscae</i> , I, <i>Indice Lessicale</i> , Pisa - Roma, 2009 ² .
TONIOLO	A. TONIOLO, <i>Le anfore di Adria (IV-II secolo a.C.)</i> , Sottomarina, 2000.
WHATMOUGH	J. WHATMOUGH, <i>The Prae-Italic Dialects of Italy</i> , II. III, <i>The Raetic, Lepontic, Gallic, East-Italic Messapic and Sicel Inscriptions</i> , Cambridge, 1933.

